



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

40. Sententia lata contra exemptum, an sit valida.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## Q U Æ S T I O XXXIX.

Excommunicatus sub conditione, si interim eximatur ab ordinario, an veniente conditione ligabitur excommunicatione?

## S U M M A R I U M.

1. Negativam tenet Archidiaconus. 3. Affirmativam, verò tenuit Joann. Andrea.  
2. Fictio retractiva non habet locum in censuris.

1. Q U O D veniente conditione Exemptus non ligetur, censuit Archidiaconus, in cap. ut animarum, de consuet. in 6. eique assentiri videtur Navarrus in Manuali cap. 271 n. 273. Miscella 2. vers. 10. quia fictio retroactionis non habet locum in censuris, arg. cap. licet de sent. excom. in 6. At verò è contra stetit plena disputatione Joan. And. in cap. cum sunt parvum de Reg. Jur. in 6. & cap. praterea de appell. Compendii gratia satis nunc sit lectorem remisisse ad ipsos fontes. vide glossam & alios in cap. Salomita in verb. sub excommunicationis dist. 63. Borgeium tract. de irregul. & dispens. part. 6. tit. 3. an ne excommunicatione requiratur num. 11. remissivè. Faber l. statu C. de testam. ma. num. 11. Idem tractant per multi in non ab simili materia apud Tiraquel. de retract. consanguinit. §. 1. gloss. 10. num. 42. & seqq. Gregorius Sayrus in Thesuro Theologia Moralis part. 1. lib. 1. cap. 21. num. 18. & latè num. 19. ubi assentitur Joan. And. dicens, quod iurisdic. non tollatur mutatione fori, quod per sententiam præventum est, Arg. cap. praterea 2. de appell. ubi latè glo. in verb. impedire: ubi Innocent. num. 1. Abb. num. 10. Marian. Socin. in cap. sacro num. 162. dicens hanc opinionem esse communem de sent. excom. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 20. §. 6. num. 4. Covarr. cap. alma mater 1. part. §. 10. num. 6. de sent. excom. in 6.

## Q U Æ S T I O XL.

Sententia contra exemptum ab ordinario lata, an subsistat?

## S U M M A R I U M.

1. Sententia ordinarii lata in Exemptum, est nulla. 4. Item licet ordinarius decreverit se competentem.  
2. Etiam si sit excommunicatoria: limitata 5. Potest de nullitate dici post longum tempus.  
3. Aut non comparuerit ad allegandum 6. Excipitur nisi fuisset de Exemptione in iudicio cognitum.  
7. Sen-

7. Sententia lata non obstante privilegio contra jus litigatoris, tenet si non appellatur.

8. Confessio rectoris Ecclesie, nocet Ecclesie.

9. Non tenet, si privilegium habeat clau-

Duplex est hujus questionis membrum, Prius an oblit Exempto; posterius an præjudicet super ori Exemptorum.

Quod ad prius, recepta est omnium opinio, sententiam ordinarii latam in exemptum tanquam ab incompetente nullam esse, id quod licet alibi à nobis fusè probatum sit, non abs re erit, si idem hoc loci confirmetur sequentibus auctoritatibus & limitationibus. late *es doctè Castrens. Cons. 431. per tot. part. 1. Abb. cap. 1. nu. 19. de re jud. Felin. cap. significasti. num. 4. vers. demum de foro compet. ubi etiam Abb. cap. cum tempore ubi DD. de ar. vir. Gail. lib. 1. obs. 40. Spec. de sent. §. oblaro vers. Item est nulla, latè Nellus tract. de bannitis, Rubr. de his qui possunt bannire nu. 5. Limita dictam conclusionem, nisi expressè concedatur Episcopis seu ordinariis ut certis in casibus possint per censuras contra Exemptos procedere, ut in casu Decreti Concilii Trid. Sess. 25. de Regul. cap. 5. & Sess. 22. Et ita tenent Gambara. de off. leg. lib. 8. cap. ult. num. 77. Henricq. lib. 7. de indulg. cap. 25. num. 7.*

Extenditur primò, ad sententiam excommunicationis latam ab quolibet ordinario, quæ Exemptos afficere non potest. late *Gigas de personibus quest. 60. Bellenc. 2. de charit. subsidio. quest. 14. num. 2. adde supra quest. 7. num. 11.*

Extenditur secundò, etiam si Exemptus non compareat ad proponendum declinatoriam exemptionis, nihilominus enim sententia nulla est quoad principale, licet distinguendum sit, ut fecimus suo loco, eod. lib. quest. 6. & 7. quo ad contumacia, punitorem aut condemnationem expensarum.

Extenditur tertio, etiam si ordinarius decrevisset sese competentem, nec ab ejusmodi decreto competentie fuisset appellatum, Quia decretum competentie non juvat, quando jurisdictio expressè, aut tacite protogari non potest, qua de re dictum est supra. d. quest. 7. vers. Amplia tertio num. 8.

Extenditur quarto, aded, ut de nullitate ejusmodi sententie dici possit, post eorum longi temporis. *Ang. post. glo. l. sius de prescript. 30. annorum, Card. Clem. 1. quest. 14. de re judic.*

Limitatur primò hæc conclusio, nisi de exemptione in judicio fuisset cognitum per modum declinatorie, eaque rejecta processum ad ulteriora citra appellacionem, eo enim casu sententia in principali lata subsistet in præjudicium exempti, *Felin. cap. significasti. n. 4. vers. demum Abb. d. cap. 1. num. 19. vers. secus puto si exemptus produxisset. Felin. & DD. cap. ad audientiam de prescript. ca. dilectus de Capell. Monach. Fil.*

*Fel. in Reperi. vers. sententia lata contra Exemptum sol. 116. col. 3. in fin. & in cap. Cum accessissent num. 28. vers. hanc regulam limito de constitu. Castrenf. l. bi qui numer. 5. C. de appellat.*

- 7 Tum quod sententia lata non obstante privilegio contra jus litigatoris merito iura tenet si non appelletur, *cap. cum inter ubi DD. de re iud. ubi Abb. num. 1. & d. cap. 1. nu. 19. l. cum prolati ubi DD. de re iudic. Marant. de ord. iudic. part. 4. dist. 5. num. 7. Castrenf. d. l. bi qui numer. 5.* Tum quod ita agendum videatur à confessione judiciali ad sententiam, argumenti genus in iure validum. Confessio enim rectoris Ecclesie exemptæ vocet Ecclesie, non tamen Papæ, *Abb. cap. dilectus num. 4. cum add. & num. 18. de Capell. Monach. dixi supra eod. lib. cap. 31. num. 2. & 3.* Ita & sententia.
- 9 Quæ tamen doctrina sublimitanda est, nisi privilegium exemptionis habuerit adjunctam clausulam irritantem, cuius vires nolo hic iterum refricare, *vide supra eod. lib. qu. 5. & infra lib. 4. quæst. 63. adde Fumum verbo Exemptio nu. 2. in fine, l. br. qu. 5. & infra lib. 4. quæst. 63. adde Fumum verbo Exemptio nu. 2. in fine.*
- 10 Limitatur secundo, nisi ordinarius sit bona fide in quasi possessione iurisdictionis contra exemptos, tum enim secundum Abbatem sententia subsisteret, *Abb. cap. Cum dilectus num. 5. de Religios. domibus.* Idque nisi privilegium habeat clausulam irritantem, *Baldus de prescrip. in 5. parte quinta partis quæst. 8. & 9. Navarr. in comment. de spol. Cleric. §. 14. num. 2. tom. 1. vide infra lib. 4. quæst. 63.*
- 11 Limitatur tertio, nisi sententia fuerit lata ab Episcopo, eo casu, quo exemptio ab ipsomet emanasset, seu quo ipsemet exemptionem concessisset, *cap. suborta ubi DD. de re iud.*
- 12 Quoad posterius, sententia lata in articulo & quæstione exemptionis superiore cuius int. est, nec præsentis, nec vocato non subsistit, *Fel. cap. auditus nu. 25. de prescrip. & in reperi. vers. Sententia lata contra & d. cap. ad audientiam & cap. cum accessissent.* Interfuit enim superioris intervenire & adesse liti agitæ super iure superioritatis vel exemptionis. *latè Abb. & DD. cum super num. 16. & per tot. de re iud. cap. 2. num. 16. de rest. in integ. dixi supra quæst. 36. & 37.* Id quod Alexander, ut fuscè, ita & doctè nobis explicatum reliquit hoc verborum tenore, *in l. sape num. 100. 101. 102. & seqq. de re iudicat.*
- Ex quo inferitur, quod si subiectus Papæ contenderet de privilegio libertatis, dicens se tantum Papæ esse subiectum, sententia contra eum lata præjudicaret Papæ scienti, quia subiectus à Papa habet causam, id est eandem libertatem quoad alios, pro hac allegatur argumentum *cap. suborta de re iudic. & idem dicitur Anton. in cap. Cum super in 3. quæst. de re iud. dicens, ista esse de mente Bartholi in d. l. sape in quæstione de libero.* Fateretur tamen Anton. quod quo ad possessionem præjudicabitur scienti secundum Innocentium *ibi in gless. magna,* & ita intelligitur secundum eum ille text. quando sententia est lata sciente Episcopo Obertensi prætendente subiectionem; nam quo ad præjudicium quasi possessionis sententia exequetur, nisi

nisi appelleret, & idem tenet ibi Joan de Imola, idem vult etiam Anton. de Butr. in cap. *anter quatuor*, de *major & obed.* Sed Dominus Abbas in d. cap. *cum super*, dicit, quod communis est opinio, quod non præjudicet quoad proprietatem scientis, sed quoad possessionem, dicit tamen quod Cardinalis Fortius dicebat, videlicet quod si ille cui litigans subiectus erat, quasi possidebatur à suo superiore, sententia lata contra ipsum litigantem, non præjudicabit etiam superiori, scienti quoad privandum eum illa quasi possessione, quia text. ibidem dicit, quod debet mandari sententia executioni absque præjudicio Obetenfis Episcopi. sed maximum præjudicium esset amittere possessionem, §. *commodum*, in *lit. de interd.* Unde intelligebat Cardinalis illum text. & cum eo transit Abbas, quod quando superior non erat in quasi possessione, nam ubi aliàs si ignorasset, potuisset impedire executionem sententia. cap. *veniens*, ubi id not. Innocent. de *testib.* Barth. l. *à Drvo Pio*. §. 1. & §. *si super de re jud.* nunc non poterit ex quo fuit sciens & non appellavit, & iste sit casus dicti capituli, cum *super secundum eos*. Tamen est magna divinatio & restrictio ad istum textum, teneo igitur quod in proprietate non præjudicet, eò maxime, quia tenui supra num. 100. & seqq. quod ad jus patronatus liberi habentis causam à patrono, sententia lata contra libertum, non præjudicet patrono scienti, nisi patronus in lite interveniat per istum textum, uti probavi supra. Quo autem ad præjudicium possessionis, teneo quod præjudicet scienti, pro ut se habet communis opinio, maxime propter generalitatem dic. *cum super*, an autem præjudicet ignorantibus quoad possessionem, pendet ab his quæ infra dicam in quaestione de fructuatio, & colono, ubi etiam fortificabitur conclusio proximè dicta, scilicet quod præjudicet scienti quoad possessionem. Ita Alex. d. num. 102.

---

Q U Æ S T I O X L I .

Exempti infra quod tempus appellare debeant.

Exempti tam extrajudicialij quam judiciali gravamine, appellare debent intra decennium, id quod plerumque in hac materia tradiderunt. Bald. *tracat. de prescrip. in quarta parte, quinta pars, quaestio duodecima, quest. trigesima, num. 7.* Jason. l. *falso, num. 3. C. de diversis rescript. l. non solum, §. morte, ff. de novi operis nuntiat. numer. 50. l. beneficium num. 40.*  
*ff. de Const. Princip.*

Q. XL.